900

\+

alio quovis evadendo. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia mediante.

Podhorodecki Romanczyc Consorti Suæ Reformat

1064 Comparens personaliter coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Hiacynthus Podhorodecki Romanczyc sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] quibusvis propriis et competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni, quo ad actum præsentem attinet se cum successoribus, bonisq[ue] suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili Anastasia Jaworska Nobilis olim Alexandri Jaworski Coniux cum Nobili Marina Lomnicka Consorte eius legitima procreata filia, sui vero Recognoscentis Consorti legitima et ipsius posteris Summam Centum Florenorum Polonicalium, ratione vera dotis et expeditionis per ipsam accepta, et in domum suam importata, nec non et aliam similem Summam Centum Florenorum Polonicalium ratione certi veri iusti et liquidi dotality in et super tota et integra bonorum suorum medietate, generaliter omnium hæreditariorum, obligatoriorum, mobilium et immobilium, Summarumq[ue] quarumvis pecuniarium, nec non auri argenti, clenodiorum unionum, Margaretharum Vestium, Vestimentorum, Stanni, Æris, cupri, orichalci, pecorum pecudum, equorum equitiorum, ac totius suppellectilis do

mesticæ

mediet[a]tem, nunc habitam et in post habendam, dedit, dotavit, totalitavit, inscripsit, et reformavit, prout dat, dotat, dotalitat, inscribit, et reformat præsentibus per ipsam Nobilem Anastasiam Jaworska sui Recognoscentis Consortem legitimam et ipsius posteros, eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum Universis ipsis Utilitatibus, et Ususfructibus, competentiisq[ue] et prærogativa quavis tenendi, habendi, et possidendi, illisq[ue] quiete et pacifice Utifruendi, ac ad Usus suos et suorum Successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi Vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniæ observari solitarum.

Podhorodecki Statuet Consortem. 1064

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Nobilis Hiacinthus Podhorodecki Romaniczyc sanus mente et Corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competentibus, recedendo, præsenti Vero Castrensi Capitaneali Jurisdictioni quo ad actum præsentem attinet se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere publice ac perexpressum recognovit. Quia ipse se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq[ue] quibusvis pecuniariis habitis et habendis Nobili Hrehorio Jaworski Goltz inscribit et obligat præsentibus